

na quadam fide digna, quod Domi- Adamātes
 na Heuerensis è Luxemburgorum il- sibi simi-
 lustri genere oriūda, duos habeat ser- les parere.
 uetq; hæreditarios Adamantes, qui
 alios crebrò, tanto naturæ miraculo,
 producant, vt eos quicūq; statis tem-
 poribus intueantur, συγγενεῖς, id est cō-
 generem sibi prolem eniti, palam iudi-
 cent. cuius caussam, siquidem in natu-
 ræ tam raro operē nobis philosopha-
 ri licebit, putauerim esse, quod vis il-
 la cœlestis parentibus tenaciter insi-
 nuata (quam adamantificam quis no-
 minauerit) aërem circumfusum in a-
 quam primum, congruamq; substanciam, demùm in Adamantem gemmā
 durauerit transformaueritq;. Quod
 ne iustò plus admiretur quispiam, au-
 tor est Theophrastus esse lapides qui
 pariant: nimirum quod virtus illa cœ-
 lestis tenaci materiæ, vti præstruxi-
 mus, semel transfusa, subiectæ contu-
 maciùs cohæret substantiæ: quæ vi-
 delicet quò vehementiore cœli actio